

www.e-rara.ch

Philosophiae chymicae IV vetustissima scripta

Ibn-Umail, Muḥammad

Francofurti, 1605

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-7153>

Innominati philosophi expositio tabulae chymicae.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

INNOMINA

TI PHILOSOPHI

EXPOSITIO

Tabula Chymica.



Ecce Aquilæ, Sol & Luna, tres sphaeræ, & domus, & intus in domo cathedra, & in illa cathedra imago sapientis, quæ est locus artis, & tabula marmorea super genibus illius sapientis, diuisa in duo media in tabula illa cum quadam differentia, & super genibus illa, & digiti reflexi. Et duæ aues in vna sphaera, & multi hominum intuentes in illam imaginem, induti diuersis coloribus. Arcus in pedibus Aquilarum, Potentiam & fortitudinem illarum indicant, & ipsius originis à principio vsque ad finem. Per Aquilas substantiam volatilem intelligas. Cathedra significat locum operationis, & formam vasorum, quod est intus. Sol cum vno radio, consequenter cum duobus radiis, tertio Luna semiplena, semper cum duobus aibus redit in idem. Luna semiplena, quia quanto ex ea plena diminitur, tamen additur soli cum duobus radiis,

radiis, & hoc vsque ad terminum fermentaneum, & tunc ex duobus mediis fit totum. Sed modo veniamus ad illam tabulam diuisam per duo media. Et dico, quod non est dubium, quod quadrant, & reducant ad formam circularem, oportet diuidi per medium cum digitis suis, quod sunt tam rotundi, & tale erit vas operis, quia digiti illi sunt dilatatiores, rotundi ad quantitatem duor. digitorum, super althano & alchanor. Habet scabellū vt vides in figura, propter hoc, vt facilius conseruatio argenti viui, fiat. Sed quomodo illæ duæ aues possunt esse in vna sphaera, debes intelligere, quod sphaera dicitur rotundum, & rotundum est figura celestis, & cœlum est diaphonum, & quantitas distantiae fit operatiua, sed propinquitas clarum facit, & est illius causa. Sed quomodo illæ duæ aues habent esse, vt vnius rostrum tendatur ad alterius caudam? Dicendum, quod homogeneæ sunt, & vnius naturæ, nec vna valet sine alia, sed vna est ex alia, & vna per magisterium perficit aliam, & artem ex ea, & sic per omnia, donec vtraque sit in sua origine, & tunc incipit fieri res magna. Sed quid de diuersis imaginibus intuentium intus thalamum & stantium? nisi diuer-

diuerfos operantes arte, & nihil scientes, & mirantur de dictis Philosophorum, & de arte, cum apud eos non sit apprehensibilis, & ideo stupefacti sunt, vt dementes, & inflati, credentes esse impossibile, & hi sunt à dextris, & à sinistris intrantis, & dicuntur dextre & sinistre intrare quia aliqui sunt qui sciunt circa quid debent operari, sed nesciunt operationem. Sinistri sunt illi qui nihil habent in re, sed operantur ex contrariis veritati.

Sed quid de illis Philosophis & Magistro circa rectum? Dico quod illi fuerunt huius artis inventores, & ille Magister compositor illius figuræ litteræ Hebræicæ. Per primum inventorem Sem filium Noe intelligite, nec fuit primus Hermes, sed successor illius. Alio modo exponitur illa tabula marmorea extensa super genibus sapientis. Et quæ diuisa quadam linea per medium. Et dico quod illa tabula ostendit totum opus, & modum operationis scienti. Et in prima medietate à dextris ostenditur medietas operis, hoc est, operationis Alkylderam, & illa est operatio à principio vsque ad aduentum coniunctionis auis & auis. Et ista operatio diuiditur in duas operationes, sc. Solis cum vno radio,

dio, quæ operatio ostendit iam agens aliquid imprimere de sua virtute, & potentia in suum subiectum, siue passum, & in aquatione describitur Sol cum vno radio. Sed quando agentia aliquid imprimunt, scilicet formam, appellatur Sol, cum duobus radiis, quasi duplicata potentia, vel duplicatus effectus, respectu primi.

Sed quid de alia medietate à sinistris, vbi est Luna semiplena cum sphaera nigra, & alia sphaera cum duabus auibus? Dicendum est quod hoc ostendit quid sit de operatione post mortem Leonis, & quomodo resuscitatur, & quid sit de ratione animæ, & quid dicitur ratione corporis. Et in Luna semiplena ostenditur accidens inseparabile ipsius animæ, tanquam propria passio: Et semiplena, dicit in perfectionem. Sed sicut corpus viuens dependet ab anima, sic & semiplena Luna cum sphaera, dependet à Sole cum duobus radiis. Et quia dictum est, quod est de potentia ad fermentandum, incidunt in sphaeram cum duabus auibus, quarum vna apparet mortua, & in veritate mortua, & alia viua. Et viua attribuitur Lunæ semiplenæ, & mortua Soli cum duobus radiis, vel fermentaneo. Illæ duæ aues sic sunt colligatæ in vna sphaera

sphæra, quod rostrum vnius caudæ alterius est appensum, sic cauda colligatur rostro in eadem sphæra, quod tam cauda quam rostrum propter indiuisiōem naturæ, & homogeneitatem vtriusque posse & virtus est eadem, nec vnā præter alteram, nec altera præter alteram per se & in se. Et hoc ideo, quia quod est superius, est sicut quod est inferius. Et nonne vides quod aqua aquæ est homogenea. Et ego dico, quod fermentum panis, panis est, & sic fermentum auri, aurum est. Sed aurum nostrum, vt intelligas non est aurum vulgi, quod est propterea, quia aurum vulgi non habet tingere, nisi quantum in se est. Sed aurum nostrum quod est verificatum omni solutiōe, super omne passium & est regula & regulans, & tingens, & tinctum, & hoc auis, & auis, nec auis & auis est hoc, sed ex aue & aue consurgit illa forma fermentanea fermentata. Et est ibi duplex fermentum scilicet fermentans, & illud est auis mortua, & fermentatum, & est auis viua. Et ex his duobus sequitur fermentum fermenti per excellentiam. Et illud est ex operibus magisterii, & super hoc gaudent Philosophi. Et sic in sinistra parte habemus Lunam semiplenam, & sphæram;

ram, & duas aues & sphæram. Et sic habemus totum numerum de tenente tabulam. Dicitur quod est Alchanor, & est locus præparationis, & digestionis, & actionis. Et talis est dispositio & forma illius,

& hæc statua vt supra depicta
apparet.

F I N I S.

